Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



15

labor sub sole .. Utquid ergo tempor uium rerum amore detineminī. utquid
tamquam prima extrema sectamini quod est uanitas & mendacium ;. Cupiti enim
p mano re uobiscum quae omnia uertunt tamquam umbra .. Et scitote quōm
admirabilem fecit dn̄s sc̄m suum; quem mis eum quem suscitauit a inferis. & in ce
lo ad dexteram collocauit .. Increpatur ergo genus humanum ut ad eum se tan
dem ab huius mundi amore conuertat; sed si quem mouet coniunctio supaddita
quod ait . et. scitote facile est ut inscribatur animaduertat huius loquutionis genus
familiare esse illi linguae quae prophetae loquuti sunt .. Nam sepe inuenis ita
coeptum. & dixit dn̄s ad illum .. & factum est uerbum dn̄i ad illum . quae iunctura
coniunctionis cum sententia non praecesserit cui consequens ad nectatur. mirabi
lis fortassis insinuat prolationem ueritatis in uoce cum ea uisione quae fit in
corde esse coniunctum. Quamquam hic dici possit quod superior sententia . utquid
diligitis uanitatem tanposita est. ac si diceret. Nolite diligere uanitatem . & quae
rere mendacium . quo ta posito. rectissima loquutione sequitur .. & scitote
quōm admirabilem fecit dn̄s sc̄m suum . sed inter positum Diapsalma uelat
istam cum superiore coniungi .. Si uero enim hebraeum uerbum sit . sicut quidam
uolunt . quo significatur fixe siue gratum quo significatur interuallum psallendi.
ut psalmasit quod psallitur: diapsalma uero interpositum in psallendo si
lentium. ut quemadmodum . sin psalma dicitur uocum copulatio in cantando.
tacdiapsalma . disiunctio earum . Ubique eadem requies distincte continuationis
ostenditur .. Siue ergo illud siue hoc. siue aliud aliquid sit certe illud probabile est
non recte continuari & coniungi sensum ubi diapsalma interponitur .. Dn̄s ex
audiat me dum clamauero ad eum .. Hic nos admoneri credo ut magna intentione
cordis id est interno & incorporeo clamore auxilium implorem us dn̄i. quōm sicut
gratulandum est in illuminatione in hac uita orandum pro requie .. Post hanc
uitam quapp̄ autem p̄sona fidelis euangelizantis. aut ex ipsius dn̄i sic accipiendum est.
. ac si dictum sit: dn̄s exaudiat uos dum clamaretis ad eum .. Irascimini & no
lite peccare .. Occurrebat enim quis est dignus exaudiri. aut quomodo non frus
tra clamat peccator ad dn̄m .. Irascimini inquit. & nolite peccare; quod duob:
modis intellegi potest ; aut etiam si iuste irascimini nolite peccare . Id est etiam si iusti
ce motus animi quia iam propter poenam peccati non est in potestate .. saltem
non & conscientiae uitio & mens seruitus regenerata est secundum dn̄m. ut
mente seruiamus legi dei. si adhuc carne seruimus legi peccati .. aut agite
paenitentiam . id est irascimini uobis ipsis de praeteritis peccatis . & ulterius pec
care desinite .. Quae dicitis in cordibus uestris dicite . id est nolite esse populos

quod pti